

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Ivrid. Lipsiensis Ordinarii
Tractatio Synoptica Institvtionvm Ivrис Ivstinianearvm
Theoretico-Practica**

Mencke, Lüder

Lipsiae, MDCCXXXV

VD18 11839880

Lectori Benevolo S.D. D. Fridericvs Alexander Kvnhold.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18253



LECTORI BENEVOLO

S. D.

D. FRIDERICVS ALEXANDER
KVNHOLD.

A Lia facie in publicum prodit
Magnifici Soceri Vsus Theo-
retico - Practicus Institutio-
num Iustinianearum , partim textus
Institutionum limatioris, fontiumque
accesione, partim Supplementis qui-
busdam, praecipue Constitutionem
Saxonicarum recentiorum, ab ipso
sup

X 2 Aucto-



Auctore locupletatus. Quid in hac
nova Editione praestitum fuerit, pau-
cis indicabo. Nucleo quasi Institu-
tionum cupidam Legum iuuentutem
aliquot abhinc annis Domino Aucto-
ri pro amore, quo eam dudum profe-
quitur, tenerimo, instruere visum, eo
fine, ut primis labris LL.Romanas de-
gustantibus viam ad paragraphorum
solidam apprehensionem, celerrimam
repetitionem, & Axiomatum congru-
am applicationem aperiret, adiecio
que usu hodierno, hos ad Theoriam
& Praxin Institutionum Imperialium,
facili methodo cognoscendam, pre-
pararet. Qua de re in Praefamine li-
belli mentem exposuerat, addiderat-

- obIA

&)

que



que consilium de iungendis, priuata
opera, Tabulis Synopseos Institutio-
num Theoretico-Practicae, vicem
quodammodo Commentarii supple-
turis, & lucem breuitati accensuris.
Sed cum primae Editionis exemplaria
distracta essent, & propterea desideriis
Cultorum Iuris satisfieri non posset;
omnem curam atque solicitudinem
adhibui, ut Soceri mei auctoritate ius-
suque, sine mora auctior sub Titulo
Tractationis Synopticae Institutio-
num Iustinianearum imprimetur.
Praemissum igitur cernes textum In-
stitutionum, & hunc quidem, si cum
aliis codicibus eum conferre placue-
rit, non paucis in locis genuino nitori



restitutum, summasque paragraphorum, quae non satis perspicuae erant, fideli opera emendatas. Emendationes non temere, sed consultis Virorum de Iurisprudentia meritissimorum, Cuiacii, egregiique illius Alumni, Iani a Costa, aliorumque, laboribus adiutus suscepi: exemplar in primis Lugdunense, quod cura Ioannis van de Water, ICti, ante triennium apud Batauos publicatum est, secutus. Accesserunt potiores Digestorum Codicisque repetitae praelectionis Leges, quibus Institutionum Compilatores usi sunt, eaque margini cuiusque paragraphi additae, diligentiam studiosorum excitantes, quae in euoluendis atque

con-



consulendis fontibus, non sine fructu,
collocatur. Posthaec Axiomata, quae
in priori Editione ad finem cuiusuis
Tituli reiecta erant, circa calcem pa-
ginae, suo loco, proposita sunt, non
exiguo Discentium leuamini, quorum
utilitati etiam per Tabulas repetitori-
as, in fronte libri conspicuas, quibus
Connexio Titulorum, ad potissimas
descriptions remissio, & usitatissimo-
rum Titulorum maiuscule numero in-
dicatio continetur, consultum est;
praeterea per diversitatem typorum,
praecipue in exprimendis generibus,
& differentiis rerum specificis, com-
pendium oculis memoriaeque para-
tum. Ipsa breuitate subsidium hau-

olmit

)(4

rien-



riendis primis Iurisprudentiae funda-
mentis est quaesitum, ne teneros tyro-
num animos multitudo ac varietas re-
rum ultra necessitatem oneraret, linea-
mentisque solicite, pictorum more,
constitutis, ad artis sublimioris adyta
feliciter penetraretur, atque ita, citra
difficultatem cognoscerentur & quae
olim obtinebant, & quae hodie in ipsis
rerum documentis usu veniunt. Vale
B. L., meisque conatibus pro can-
dore Tuo fave. D. d. 6. Oct. 1722.

Titulo-



Titulorum ex Institutis Connexio ad potissimum Descriptiones remittens, usitatissimosque Titulos maiusculo numero in margine exprimens.

LIB. I. INSTITVT.

Lib. I. Institut.

INSTITVTIONES dividuntur in Proemium PROEMI-
& tractatuum ipsum. Hic dispescitur in Partem
Communem, quae refert Causam Juris.

V.M.

Finalem: Justitiam nempe T. I. v. descr. p. 13.

Tir. I. de Justi-

Efficientem, intuitu cuius Jus est vel Naturale vel via & Jure.

Gentium vel Civile T. II. atque hoc aut Vni- II. De Jure Na-
turali, Gentium & Civili.
verale aut particulare, Particulare vel Genera-
lius vel Specialius. v. d. p. 20. 21.

Propriam, eaque pertinet ad

I. Personas, illeque vel sunt

1. Homines

Servi, respectu quorum agitur de Jure Per-
sonarum. T. III. v. d. p. 26. quod descendit III. De Jure
ex statu Hominum, qui est Libertatis, Personarum.

Civitatis vel Familiæ. v. descr. ib.

Liberi, itaque sunt vel

Ingenui T. IV. v. d. p. 28.

4. De Ingenuis.

Libertini T. V. v. d. p. 31.

5. De Libe- tiniis.

atque bi Manumissio-

6. Qui & ex

ne (v. d. p. 31.) consti-

tiam T. VI. quibus causis

tuti impediuntur vel

manumittere

per Legem.

non possunt.

Fusiam Cani-

7. De Lege Fu-

niam T. VII. sia Caninæ tol-

lenda.

2. Homines

Alieni juris. T. IIX. & sub potestate vel

8. De his, qui sunt

Dominica v. d. p. 39.

vel alieni juris

Patria T. IX. v. d. p. 42. que

9. sunt.

Constituitur

10. De Patria

1. Justis Nuptiis T. X. v. d. p. 44.

potestate.

2. Legitimazione v. d. p. 58.

X. De Nuptiis.

3. Adoptione T. XI. v. d. p. 62. 63.

11. De Adoptio-

dissolvitur variis modis e.g. morte,

nibus.

Emancipatione T. XII. v. d. p. 69. seq.

Q. vibus

modis Patria

Sui Juris v. p. sequ.

potestas solvi-

tar.

II. Res. v. fol. seq.

III. Actiones fol. ult.

